Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



101

pecuniae. Commodante auditores accipere noluerunt
utilitatem consequerentur & fructum ex his quae acceperant
redderent. Ait. Neq: profuit mihi quisquam. Verum haec
anticipans. Locutus sum prius quam exponerem non fui neq:
profuit mihi quisquam. Duplex quippe scriptura est. Nam in
multis Exemplarib: continetur. Non profui neq: profuit
mihi quisquam. In his vero quae verior esse sunt & cum hebreis
consonant non debui neq: debuit mihi quisquam. Opostea igitur
& id quod in usu est atq: in ecclesiis legitur exponere. & hoc quod
in hebreis codicib: inuenitur iniustum non preterire. predica
uit hieremias mandata diuina. Nemo his quae predicabantur
adtendit. Quam obrem quasi medicus libens ac pramptus me
dicamina languentib: tribuit. & illis non secundum artificii
curam. sed iuxta uoluntatem suam agentib: dicit. Non
profui neq: profuit mihi quisquam. Quodammodo enim
beneficium consequitur ipse qui curat. si fructum laboris sui
in egrotante conspiciat. & pl & ita a mente & ita ipse consequi
tur utilitate. Secundum illud quod alibi dicitur. Beatus
qui loquitur in aures audientium. Hanc igitur utilitate
quam consequitur magister ab auditorib: suis si proficiant
audiendo dum fructus ex salute eorum. Quodammodo & id
hieremias iudaeis non habere se dicit. non profuit mihi quis
quam. Si enim deb & auditorib: prodesse quo loquior. Audito
res uero quae dicuntur abiciunt. & ego dico non profui neq: pro
fuit mihi quisquam. qui ab hac utilitate non sum consecutus. qua
consequitur in his qui beatus efficitur dum in aure loquitur
audientiam. Potest autem & aliter intelligi. Quicumq: disci
pulis pcepit. si ingeniosos & ardentes natura habeat audito
res. quanto plus pcepit tanto plus proficit illis. interrogan
tib: & ideo quod dicit sepe quaerentib: qui sit sensus in dicto